

MEDICINAE CANDIDATO  
DIGNISSIMO  
**JOAN. CHRISTIANO KLETT**  
HONORES ACADEMICOS GRATVLATVR  
G. CH. SIEBOLD, D. MED. P. P.

**S**iquid splendoris illustres Academiae non so-  
lum ex ipsis Academiarum Antistitibus  
Professoribusque, ac ex ipsis, quales fouent,  
Discipulis atque Auditoribus percipiunt, id ip-  
sum quidem percepimus ex TE; a tribus enim  
ab hinc annis, ex quo tempore nostram, disciplinis optimis iam tum iuvenis ornatissimus, ani-  
mo ingenioque pari, salutasti IVLIAM, indefes-  
sum TE habuimus non solum Auditorem, ve-  
rum & illa non instituta, quae discendi cupidis  
nostra suppeditat IVLIA, quaeque e re esse TVA  
potuerunt, intacta reliquisti; veritatem, qua-  
nil posuisti sanctius, ubique non tam sequutus,  
ac inter ipsos veritatis amplexus, strenuus veri  
bonique censor. Quo factum est, ut, quum  
auctoritatis vetustatisque formulas, falso pro  
sapientiae locis passim vendidatas, illico abdi-  
caueris, huic potissimum, quod in unaquaque  
re verum esset, rationique, intra iustos sapien-  
tiae limites redactae, accommodatum atque con-  
sentaneum, studeres, singulaque prius quam emot-

liri posius animum, ac conuinci passus es, ad exactam ratiocinii trutinam reuocares, nec aliter nisi conuictus disquisitionum palaestras retinueres, veriora docentibus cederes! raro equidem exemplo empiricas, quam vocem mitiorem  
hic sensu sumi aequos verum arbitros, non est, ut admoneamus, medicinae disciplinas, quasi in singulis palmam vindicaturus TIBI, pertractasti, peruelisti, iterum iterumque reuoluisti; ast integrum emensus iter, metam propositam, tot inter cursores praeclaros TVIque coetaneos, non solum es assequutus, sed vltro excurristi, aque trito tramite paullum deflectens, recondito studiorum generi animum horulasque subsecuas dicasti, neque id ipsum doctrinae subtilioris genus primoribus veluti labris praelibasti, verum omnino deuouisti TE. Quo autem in excolenda aliqua disciplina remotiore operam TE perdidisse nullam commonstrares, nouam nostri aeui philosophandi rationem in alienum tellus transferre, ususque vertere in medos tentasti, eumque in finem Specimen isthoc inaugurale, singulare, TIBI quasi proprium privumque, totumque TVVM exarasti. Utinam in eos artis profectus, quales moliris TV! Ita vale, & fruere otias, quae Mecenas TIBI parauerit TVVS, qualiaque sunt data paucis, in artis amplificandae incrementa!

Quod in variaciones occu usque Ph influxu or caeteroqu sophiam gradum pa larium eue stigandis n mun manit te KANTIV principem, scendae reru tura facultat etum, confit enim hucusq tia, quoru s con mentis rat, edem K naturae iudic